



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 27. Cananii Cardinalis mors.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

mata heroica, & lyricalia, quae ob exi- Sæcul. XVI.  
miam styli puritatem, magnamque ima- A C. 1592.  
ginationis felicitatem plurimi habentur:  
verum raro admodum ibidem leguntur  
festivi sales, ac facetiae, id tamen vi-  
tio potius vertendum videtur ejusdem  
Magistris, cum Hieronymus, dum hæc  
carmina scripserat, nondum decimum  
ætatis suæ annum complexisset. Cete-  
rum Jesuitæ sua Collegia Cambrini,  
& Taurini erecta hujus Cardinalis libe-  
ralitati debent.

## §. XXVII.

*Cananii Cardinalis mors.*

Julius Cananius nobilis Ferrarensis an- Ciac. p. 77.  
no post Christum natum millesimo Ughel. l. c.  
quingentesimo vigesimo quarto primam Selligard.  
lucem aspexit, percursoque studiorum Catal. Mu-  
curriculo Romam concessit, ubi ad va- tin. Antist.  
rias dignitates evehebatur, adjutus pa-  
troncio Cardinalis de Monte, a quo ad  
Pontificatum electo sub nomine Julii  
III. gravissimis Ecclesiæ negotiis præ-  
fiebatur, atque utriusque, ut vocant,  
Signaturæ præpositus Adriensi Episco-  
patu augebatur: mortuo autem suo Mæ-  
cenate ad suam Diæcesin reversus ibi-  
dem omnes egregii Pastoris partes ex-  
plebat: interfuit etiam Tridentino Con-  
cilio, ubi ob raram suam pietatem, at-  
que eruditionem a Patribus plurimi ha-  
bebatur,

R 5

**Sæcul. XVI** bebatur, atque etiam a Ferrariensibus  
A.C. 1592 Ducibus in maximi momenti negotiis  
adhibebatur, quo munere Julius per-  
honorifice defunctus ad horum Ducum  
preces a Gregorio XIII. rubro galero de-  
corabatur, quem etiam Mense Decembri  
anno a partu Virginis millesimo quingen-  
tesimo octogesimo tertio recepit unacum  
sancti Eusebii titulo, quo tamen dimis-  
so postea titulum sanctæ Anastasiae opta-  
bat. Demum sedente Sixto V. Æmi-  
liæ Legatus, atque a Gregorio XIV.  
Anno Incarnationis Dominicæ millesi-  
mo quingentesimo nonagesimo primo  
Mutinensis Episcopus renuntiabatur: cum  
vero ob ejusdem Papæ mortem usque  
ad Clementis VIII. electionem Romæ  
subsistere cogeretur, tardius ad suam  
Diæcesin reversus ibidem Ecclesiæ sive  
Cathedralis chorum ruinæ proximum  
restaurare cœperat: verum Ferrarie,  
quo Duce in visum ibat, morte præven-  
tus die vigesima nona Novembris anno  
ætatis sive septuagesimo secundo mor-  
talitatem exuit. Corpus ejus triduo  
in Ducali Sacello expositum postea ad  
Templum sancti Dominici transfereba-  
tur, ubi Dux defuncto magnificis pro-  
fus exequiis parentabat.

## §. XXVIII.

*Lenoncurti Cardinalis extrema.*

Quar-